nostri F(rideric) et H(einric) patris nostri et O(ttonis) quarti, privilegia Salzpurgensis ecclesie secundum continenciam predictorum privilegiorum duximus renovanda, presertim ea, que ius Salzpurgensis ecclesie tribuunt in ecclesia Gurzensi. Cognovimus enim ex predictis privilegiis Gurzensem^{a)} ecclesiam Salzpurgensi ecclesie in temporalibus esse subiectam, in receptione videlicet investiture regali et hominio, quod episcopi eiusdem ecclesie archiepiscopo Salzburgensis ecclesie facere debent. Cognovimus etiam ex predictis, quod, quando ministeriales ecclesie Gurzensis episcopo suo noviter instituto fidelitatis faciunt iuramentum, solum archiepiscopum Salzpurgensem excipiunt in eodem, imperio pretermisso. Nos vero predicta privilegia et ius huiusmodi ratum habentes auctoritate regia confirmamus et vobis districte precipiendo mandamus, quatenus Salzpurgensi ecclesie contra quemlibet contradictorum auxilio vestro assistatis et ei ius suum, quod ex certa cognitione nostra ipsi ecclesie et ex predictis privilegiis, donationibus et sentenciis recognoscimus acquisitum, ubicumque opus fuerit, defendatis.

Dat. apud Augustam, anno domini M° CC °XIII°, indictione II, VIII kal. marci.

^{a)} z aus c verbessert A.

SAEB 14

[1214 vor August]

Papst [Innozenz III.] beauftragt die Äbte [Heinrich I.] von Viktring, [Gottfried II.] von Admont und [Ulrich I.] von St. Paul im Lavanttal, die Streitsache zwischen Erzbischof [Eberhard II.] von Salzburg und der Gurker Kirche wegen der Kirche St. Lorenzen am Steinfeld zu untersuchen und zu entscheiden.

Hss.: Erwähnt in Urkunde Nr. SAEB 15.

Edd.: Die Erwähnung als solche ist ungedruckt.

Reg.: Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 659 D Nr. 116.

Lit.: Peschl, Gurk (1965), S. 178. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 147. — Murauer, Papsttum und Salzburg (2012), S. 401, 403–404, 405.

Zur zeitlichen Einordnung siehe die Anmerkungen zu Urkunde SAEB 15.

SAEB 15

[1214 um August]

Abt H(einrich) [I.] von Viktring entschuldigt sich bei den Äbten [Gottfried II.] von Admont und [Ulrich I.] von St. Paul im Lavanttal, dass er dem zusammen mit ihnen von Papst [Innozenz III.] erhaltenen Auftrag zur Untersuchung in der Streitsache zwischen Erzbischof [Eberhard II.] von Salzburg und der Gurker Kirche wegen der Kirche St. Lorenzen am Steinfeld zurzeit wegen einer Reise zum Generalkapitel nicht folgen kann, und überträgt ihnen seinerseits die Untersuchung.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-A 1525 (A).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-A_1525_St/charter (samt Hängesiegel), zu 1213–1214.

Edd.: Jaksch, MDC I (1896), S. 345 Nr. 450 (aus A). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 186 Nr. 678 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865), S. 221 Nr. 1060, zu ca. 1245. — Kos, Gradivo V (1928), S. 121 Nr. 226.

Lit.: Jaksch, Geschichte Kärntens I (1928), S. 345. — Roscher, Viktring (1953), S. 44–45, 259. — Peschl, Gurk (1965), S. 178. — Murauer, Geistliche Gerichtsbarkeit (2009), S. 147. — Murauer, Papsttum und Salzburg (2012), S. 405.

Der zeitliche Ansatz ergibt sich aus der Amtszeit Abt Heinrichs I. von Viktring, siehe auch Jaksch, MDC I, S. 450. Dieser ist zuerst am 18. März 1213 belegt (Edd. in Jaksch, MDC IV/1 [1906], S. 64–66 Nr. 1682), sein Nachfolger Nikolaus I. zuerst am 25. Mai 1215 (Edd. ebd., S. 78–79 Nr. 1717), siehe auch Roscher, Viktring, S. 259. Außerdem macht Jaksch für den zeitlichen Ansatz geltend, dass Abt Heinrich „zweifello[s] [...] der Ueberbringer“ der Todesanzeige Bischof Ottos I. von Gurk an das Generalkapitel der Zisterzienser (1214 nach Juli 30) war, Jaksch, MDC I, S. 344 Nr. 449.

Zum Streit um St. Lorenzen am Steinfeld siehe auch die Anmerkungen zu Urkunde Nr. SAEB 6.

Fragment des Hängesiegels Abt Heinrichs an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Reverendis in Christo fratribus dei gratia abbatibus Admontensi, sancti Pauli in Lavent, H(einricus) eadem gratia Victoriensis abbas licet indignus orationes in domino cum caritate non ficta. Vestram volumus fr[at]ernitatem^{a)} scre^{b)}, quod mandatum nobis et vobis a Romana sede iniunctum super causa¹⁾, que inter dominum Salzburgensem archiepiscopum et Gurgensem ecclesiam super ecclesia Vlæ[ze v]ertitur^{c)}, ad presens vobiscum exequi non possumus, quia visitare tenemur ordinis nostri capitulum. Quapropter vicem nostram vobis auctoritate domini pape, sicut habetis in autentico nobis transmissio^{d)}, committimus exequendam.

^{a)} frinitatem ohne erkennbares Kürzungszeichen für ater A. — ^{b)} scre statt scire A. — ^{c)} Aufgrund Flecks kaum lesbar A. — ^{d)} Folgt exequi getilgt A.

¹⁾ Zu diesem Deperditum siehe Nr. SAEB 14.

SAEB 16

(1215) Februar 28, Lateran
Papst Innozenz [III.] befiehlt dem Erzbischof [Eberhard II.] von Salzburg auf Klage des Priesters Grimold, diesem die Kirche St. Stefan ob Leoben zurückzustellen, die der Erzbischof ihm zu Unrecht entzogen und jemand anderem übertragen hatte.

Hss.: Original in Klagenfurt, KLA, AUR, B-C 1165 (A).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-C_1165_St/charter

Edd.: Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 189–190 Nr. 682.

Reg.: Hilger, Papsturkunden (FRA 2/83, 1991), S. 41 Nr. 62.

Lit.: Murauer, Papsttum und Salzburg (2012), S. 391.

Bulle fehlt. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . archiepiscopo Salzeburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius Grimoldus presbiter humili nobis assertione monstravit, quod eum nec citatum nec convictum ecclesia sancti Stephani de Ponte iniuste auctoritate propria spoliasti, eam illicite alii conferendo, quare nobis humiliter supplicavit, ut eum super hoc apud te iuvare misericorditer dignaremur. Ut igitur voluntarie per te corrigas, quod a superiori esset necessario corrigendum, fraternitatem tuam monemus attentius et hortamur per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus, si res ita se habet, amoto ab ea quolibet illicito detentore ipsam restituere libere sibi cures, ut ex iustitia gratiam sibi faciens eum ad devotionem tuam reddas artius obligatum et nos discretionem tuam possimus merito commendari. Tu denique, frater archiepiscope, super te ipso et credito tibi grege taliter vigilare procures extirpando vitia et plantando virtutes, ut in novissimo districti examinis die coram tremendo iudice, qui reddet unicuique secundum opera sua, dignam possis reddere rationem. Dat. Laterani, II kal. martii, pontificatus nostri anno octavodecimo^{a)}.

^{a)} Zwischen pontificatus und octavodecimo zur Zeilenfüllung vergrößerte Wortzwischenräume A.

SAEB 17

(1230) September 4, Anagni

Kaiser Friedrich [II.] unterrichtet die Bischöfe [Siegfried] von Regensburg, [Gebhard] von Passau, [Gerold] von Freising und [Heinrich III.] von Brixen, die Herzöge [Friedrich II.] von Österreich und Steier und [Bernhard] von Kärnten sowie alle Grafen und Edlen dieser Länder, dass er nach Einsicht der Privilegien Heinrichs IV., F(riedrichs) [I.], H(einrichs) [VI.] und O(ttos) IV. das Recht der Salzburger Kirche auf die Regalien des Bischofs von Gurk erneuert und bestätigt habe, und er befiehlt ihnen, der Salzburger Kirche gegen jeden Widersacher beizustehen.

Hss.: Insert in Vidimus 1431 Dezember 17, Bischof Johannes II. von Chiemsee, in Wien, HHStA, AUR 1431 XII 17, fol. 5r–5v Nr. 10 (B). — Insert in Vidimus 1432 November 24, Salzburg, Generalvikar Dr. Judocus Gossolt, in Wien, HHStA, AUR 1432 XI 24, fol. 14r Nr. 20 (C). — Insert in Vidimus 1440 Jänner 8, Abt Peter von St. Peter zu Salzburg und Abt Wilhelm von Seeon, in Wien, HHStA, AUR 1440 I 8, S. 48–49 (alt: fol. 24v–25r) Nr. 27 (D). — Abschrift 15. Jh. in Wien, HHStA, Hs. W 194/4, fol. 227r–v (alt 210) Nr. 172 (E).

Abb.: https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgE/AUR_1432_XI_24/charter (Abb. 2) (= C). — https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgE/AUR_1440_I_08/charter (Abb. 18) (= D). — www.archivinformationssystem.at/detail.aspx?id=4116733 (= E).

Edd.: Böhmer/Ficker, *Acta imperii selecta I* (1870), S. 261 Nr. 296 (aus E). — Jaksch, *MDC I* (1896), S. 412–413 Nr. 531 (aus B D). — Hauthaler/Martin, *SUB III* (1918), S. 393–394 Nr. 853e (aus B D). — Koch, *Urkunden Friedrichs II. VI/1* (2021), S. 453–455 Nr. 1373 (aus B D).

Reg.: Meiller, *Reg. Salzburg* (1866), S. 250 Nr. 359. — Böhmer/Ficker, *RI V/1,1* (1881), S. 370 Nr. 1831. — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 260 Nr. 524. — Wiesflecker, *Reg. Görz I* (1949), S. 116 Nr. 432. — Boshof, *Reg. Passau II* (1991), S. 116 Nr. 1591. — Mitis/Dienst/Lackner, *BUB IV/2* (1997), S. 197–198 Nr. 1168. — Muschka, *Bischof Sigfried* (2006), S. 306 Nr. 208.

Lit.: Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Friderici secundi III* (1852), S. 237. — Krones, *Verfassung* (1897), S. 156–157. — Seidenschmur, *Salzburger Eigenbistümer* (ZRG KA 9, 1919), S. 191 (Anm. 4). — Jaksch, *Geschichte Kärntens I* (1928), S. 367–368. — Peschl, *Gurk* (1965), S. 196–197. — Zinsmaier, *RI V/4,6* (1983), S. 204 BF. 1831. — Dopsch, *Salzburg* (1981), S. 324. — Boshof, *Reichsfürstenstand* (BDLG 122, 1986), S. 62.

Meiller, *Reg. Salzburg* (1866), S. 250 Nr. 359, und Böhmer/Ficker, *RI V/1,1* (1881), S. 370 Nr. 1831, verzeichnen noch das heute verschollene Original im Haus-, Hof- und Staatsarchiv in Wien; bereits Meiller verzeichnet das Siegel als fehlend. Siehe zum Siegel auch Jaksch, *MDC I*, S. 414; vgl. Hauthaler/Martin, *SUB III*, S. 394 Anm. a; Koch, *Urkunden Friedrichs II. VI/1*, S. 455 Anm. p.

Bereits der Aufenthaltsort des Kaisers (Anagni) verweist auf das Jahr 1230, siehe Böhmer/Ficker, *RI V/1,1* S. 368–370 Nr. 1821*a–1832*a; darüber hinaus ist zumindest in einer der im September 1230 zu Anagni zu diesem Themenkomplex ausgestellten Urkunden dezidiert das Inkarnationsjahr 1230 angegeben (Edd. in Hauthaler/Martin, *SUB III*, S. 389–390 Nr. 853a; Koch, *Urkunden Friedrichs II. VI/1*, S. 444–448 Nr. 1369). Die Indiktion IV ist damit – unter Voraussetzung der im südlichen Italien damals noch gebräuchlichen griechischen Indiktion – vereinbar.

Siehe auch die Anmerkungen zur Urkunde König Friedrichs II. von 1214 Februar 21, Augsburg (= Urkunde Nr. SAEB 13), die als Vorurkunde diente.

Ediert nach B, der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach der Edition von Urkunde Nr. SAEB 13.

Fridericus dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et * Sicilie * rex, dilectis principibus suis Ratisponensi, Patauensi, Frisingensi et Brixinensi * episcopis et *Austrie et Stirie ac Carinthie * ducibus nec non universis comitibus et nobilibus * terrarum * illarum * fidelibus suis * gratiam suam et omne bonum. * Industrie * vestre volumus esse notum, quod nos inspectis privilegiis divorum antecessorum nostrorum memorie recolende imperatorum et regum, videlicet Heinrichi quarti nec non et pie recordationis avi nostri Friderici et Heinrichi patris nostri et Ottonis quarti, privilegia Salczburgensis ecclesie secundum continenciam dictorum privilegiorum duximus renovanda, * ea * presertim^{a)}, * que ius Salczburgensis ecclesie tribuunt in ecclesia Gurcensi. Constitit enim nobis ex predictis privilegiis Gurcensem

ecclesiam * ecclesie * Salczburgensi * in temporalibus fore subiectam, in recepcione videlicet investiture regalium et homagio, quod episcopi eiusdem ecclesie archiepiscopo Salczburgensis ecclesie facere debent, et quod, quando ministeriales ecclesie Gurcensis episcopo suo noviter instituto fidelitatis faciunt iuramentum, solum * Salczburgensem * archiepiscopum * excipiunt in eodem, imperio pretermisso. Nos vero predicta privilegia et ius huiusmodi ratum habentes imperiali auctoritate * confirmamus * vobis districte precipiendo^{b)} mandantes, quatenus Salczburgensi ecclesie contra quemlibet contradictorum auxilio vestro assistatis et ei ius suum, quod ex certa cognicione nostra ipsi ecclesie ex predictis privilegiis, donacionibus et sentenciis recognoscimus acquisitum, ubicumque opus fuerit, defendatis. Dat. Anagnie, II non. septembris, indiccione IIII^{ta}.

^{a)} s verbessert aus unkenntlichem Buchstaben B. — ^{b)} Erstes e verbessert aus unkenntlichem Buchstaben B.

SAEB 18

[1231 August – September 14]

Graf Meinhard [II.] von Görz, Vogt der Kirche von Aquileia, verkauft Erzbischof E(berhard) [II.] von Salzburg das Gut Premersdorf bei Feldsberg (nw. Spittal), das er von der Kirche Pol(a)n gekauft hatte, und nimmt es von ihm wieder zu Lehen. Der Erzbischof verspricht dafür bis zum nächsten Michaelstag (29. September) 200 Mark Friesacher Pfennige zu zahlen, wofür Bischof [Ulrich] von Lavant, der Elekt [Heinrich I.] von Seckau und genannte Salzburger Ministerialen bürgen.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 556 (A). — Abschrift 13./14. Jh. in Wien, HHStA, Hs. W 194/6, fol. 62v–63r Nr. 94 (B).

Abb.: http://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgE/AUR_1232/charter (samt Hängesiegel), zu 1232. — www.archivinformationssystem.at/detail.aspx?id=4116734 (= B).

Edd.: Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 196–197 Nr. 2028 (aus A), zu (1232). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 415–416 Nr. 872 (aus A), zu (1232).

Reg.: Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 255 Nr. 385, mit S. 548 Anm. 144, zu vor 1232 März 2. — Kos, Gradivo V (1928), S. 281 Nr. 583, zu (1232). — Wiesflecker, Reg. Görz I (1949), S. 117 Nr. 435, zu ca. 1231.

Lit.: Widmann, Geschichte Salzburgs I (1907), S. 317, zu 1232.

Den terminus post quem bildet die Wahl Bischof Heinrichs I. von Seckau, der im vorliegenden Stück noch als Elekt bezeichnet wird, im August oder September 1231, seine Konsekration erfolgte am 30. Mai 1232. Siehe Posch, Heinrich I. (1969), S. 26; Kronthaler, Heinrich (2001), S. 716–717. Terminus ante quem ist der Tod Meinhard's II. von Görz. Im März 1232 wird er bereits als verstorben bezeichnet, siehe Jaksch, MDC IV/1, S. 202 Nr. 2038. Unter der Voraussetzung, dass die traditionell Meinhard II. zugeordneten Nekrologiumseinträge von August 29 und September 14 (siehe Wiesflecker, Reg. Görz I, S. 118 Nr. 439) tatsächlich auf diesen zu beziehen sind, ergibt sich damit der 14. September 1231 als letztmöglicher Tag für die Rechtshandlung.

Zu Pol(a)n siehe Meiller, Reg. Salzburg, S. 548 Anm. 144.

*Fragment des Hängesiegels Graf Meinhards an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.
Ediert nach A, mit B (nur zu den in A unleserlichen Stellen).*

Meinhardus dei gratia comes de Gorze, advocatus ecclesie Aquilegensis, presenti scripto notum facimus universis, quod nos domino E(berhardo) venerabili Salzburgensi archiepiscopo et ecclesie sue contulimus libere et pleno iure proprietatem omni questione carentem et possessionem predii Predmarsdorf, quod ecclesia Pol(a)n^a olim habuit circa Veldesberch, quod nos emeramus ab eadem cum attinenciis et usibus universis tam in montibus quam vallibus, pascuis et pratis, quesitis et non quesitis et aliis omnibus quocumque nomine censeantur, recepimusque idem predium in rec[to feo]do^b a manu predicti archiepiscopi. Pro quo tractatu iam dictus dominus archiepiscopus nobis promisit se daturum denariorum Frisacensium legalium marcas CC^{tas} et in fe[sto bea]ti^b Michahelis proximo venturo solutio dicte pecunie fiet nobis vel, si, quod absit, nos non superesse contingeret, heredibus nostris aut alii, cui legav[erimus]^b ipsam summam, ita quidem, quod, si solutio istius pecunie neglecta fuerit, per dominum archiepiscopum quocumque casu in termino supradicto domini nostri Lauendinensis episcopus, Sekowensis electus et amici nostri Rudgerus de Salvelden, Chunradus de Vager, Gerhochus de Salzburg ministeriales Salzburgensis ecclesie Frisacum intrabunt, inde nunquam nisi de nostra speciali licencia egressuri, donec tota pecunia nobis sit soluta. Qui etiam si pactum forsan de intrando Frisacum casu aliquo non attendentes ob suam negligenciam non intrarent, nos nichilominus dictam summam a prenominato domino archiepiscopo vel suo successore requiremus. Ut autem hec tamen aput nos quam aput heredes nostros firma consistant, presentem cartam super hiis conscriptam sigillo nostro mandavimus roborari. Testes sunt Otto Burgona de Spengenberch, Wlricus de Rifenberch, Heinricus purcravius de Lunz, Heinricus et Fridericus de Gesize, Folkerus de Flachsperch et alii quam plures.

^a) Poln mit Kürzungsstrich über n A. – ^b) Wegen Flecks nicht lesbar A, ergänzt aus B.

SAEB 19

1232 März 25, Rieti

Magister Heinrich, Elekt von Seckau, bekennt als Gesandter und Prokurator Erzbischof E(berhards) [II.] von Salzburg bei der Kurie, von den römischen und sienesischen Kaufleuten Bobo Iohannis Bobonis, päpstlicher Wechsler, dessen Neffe Iohannes Bobonis, Caponigrus und Montaninus, Kaufleute in Rom und Siena, 200 Mark feinen Silbers als Darlehen erhalten zu haben, und verspricht unter Bestimmung der Verzugszinsen, diese Summe bis spätestens zum 1. April 1233 in Bologna bar zurückzuzahlen.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 562 (A).

Abb.: http://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgDK/AUR_1232_III_25/charter

Edd.: Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 419–421 Nr. 878 (aus A).

Reg.: Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 255–256 Nr. 388, mit S. 549 Anm. 147. — Böhmer/Ficker/Winkelmann, RI V/2,3 (1892), S. 1200 Nr. 6893.

Lit.: Widmann, Geschichte Salzburgs 1 (1907), S. 333. — Posch, Heinrich I. (1969), S. 26. — Haider, Kapellanat (1977), S. 242, 266. — Zehetmayer, Anfänge (2006), S. 28 Anm. 52.

Sogenanntes italienisches Pergament.

Das Original wurde durch Schnitte kassiert.

Laut Meiller, Reg. Salzburg, S. 549 Anm. 147, wurde das Darlehen vermutlich zur Deckung der Kosten bzw. Teilen der Kosten der Seligsprechung Bischof Virgils aufgenommen.

Bei Hauthaler/Martin, SUB III, S. 421, ist noch das beschädigte Hängesiegel Bischof Heinrichs von Seckau an Pergamentsstreifen verzeichnet, heute nur noch der Pergamentstreifen vorhanden, siehe das Foto auf [monasterium](http://monasterium.net) (jedoch mit der von Hauthaler/Martin übernommenen Beschreibung), sowie die Angaben auf <https://www.archivinformationssystem.at/detail.aspx?id=182946> und <http://gams.uni-graz.at/o:epis.se-3>.

Ediert nach A.

†^{a)} In nomine domini. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo secundo, pontificatus domini Gregorii noni pape anno eius VI^o, indictione V, mense martii, die XXV^a. Ego magister Henricus Saccouensis^{b)} electus nuntius et procurator venerabilis patris domini E(berhardi) Salzseburgensis^{b)} archiepiscopi apud sedem apostolicam constitutus confiteor me procuratorio nomine ipsius archiepiscopi et ecclesie sue pro archiepiscopatus sui negotiis procurandis mutuo recepisse a vobis Bobone Iohannis Bobonis domini pape campore et Iohanne Bobonis consobrino vestro et Caponigro et Montanino nobilibus mercatoribus Romanis et Senensibus ducentas marchas boni et fini argenti Venetianorum grossorum ad pondus Colonie silicet^{b)} VIII sollidis et uno denario et dimidio Venetianorum bonorum et legalium pro marcha qualibet computatis ita, quod singule libre Venetianorum valeant VII libras et tres sollidos^{b)} bonorum, prout et si plus valuerit vestrum sit, si vero minus valuerit nomine ipsius archiepiscopi totum adimplere promitto. De quibus omnibus pretaxatis ducentis marchis predicto modo et numero computatis me nomine ipsius archiepiscopi et archiepiscopatus ipsius bene quietum voco et integre pacatum protestor exceptioni non numerate et non solute pecunie renuntiando. Quas pretaxatas ducentas marchas^{b)} predicti argenti eodem modo et numero computandas vobis vel uni vestrum aut certo nuntio vestro, qui presens publicum instrumentum et litteras dicti archiepiscopi de mutuo contrahendo resignaverit, a proximis kal. aprilis usque ad annum unum in eisdem kal. aprilis apud Bononiam promitto per stipulationem procuratorio nomine predicti archiepiscopi et ecclesie sue plene ac integre redditurum. Quod si predictis loco et termino pretaxata summa pecunie vobis, ut dictum est, integre soluta non fuerit, extunc inantea per singulos duos menses promitto vobis pro dampnorum et interesse recompensatione persolvere pro singulis decem marchis predictis unam marcham et expensas unius mercatoris cum equo et serviente ubicumque fuerint mercatores usque ad plenariam solutionem. Quam recompensationem dampnorum et interesse ac etiam expensarum promitto nomine archiepiscopi vobis in sortem dicti debiti nullatenus computare ac non detinere predictum debitum sub pretextu recompensationis predictae ultra terminum prelibatum. Pro quibus omnibus observandis

predictum archiepiscopum et successores suos procuratorio nomine vobis constituo principales debitores omnia bona archiepiscopalia, redditus et proventus ipsius archiepiscopi vobis propter hoc specialiter usque ad solutionem plenariam obligando renuntians in his omnibus nomine ipsius archiepiscopi omni iuris auxilio canonici et civilis consuetudini et statuto privilegio clericatus et fori constitutioni de duabus dietis edita in concilio generali et omni appellationi exceptioni ac rei que possent obici contra hoc instrumentum vel factum. In cuius itaque rei providentiam et certitudinem pleniorum presens instrumentum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Actum Reate, coram his testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis silicet^{b)}

Marcoaldo magistro decretorum Bononie,

Euerardo plebano de Uelsiberch,

magistro Vlscalco cappellano domini archiepiscopi,

magistro Corrado cappellano eiusdem domini archiepiscopi,

domino Simone Anagnino,

Girardo Bononie,

Nicolao Nasarello Rom(ano) cive.

(SN.) Ego^{c)} Romanus Iohannis Romuli sacri Romani imperii^{b)} scriniarii utriusque partis consensu scripsi et complevi rogatus.

^{a)} † über I A. — ^{b)} A. — ^{c)} Ego in das Notarszeichen integriert A.

SAEB 20 (2, 279)

[vor 1234 Jänner 13]

Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg weist genannte Kirchen und Kapellen im Lungau, Enns- und Paltental dem Archidiakon Salzburg zu.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 548 (A). — Abschrift 13./14. Jh. in Wien, HHStA, Hs. W 194/I, fol. 205r Nr. 207 (B). — Abschrift 14. Jh. in Wien, HHStA, Hs. B. 106, fol. 63v–64r (S. 126–127) Nr. 64 (C).

Abb.: https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgE/AUR_1231_circa/charter — www.archivinformationssystem.at/detail.aspx?id=4116730 (= B). — www.archivinformationssystem.at/detail.aspx?id=12424 (= C).

Edd.: Zahn, *StUB II* (1879), S. 375 Nr. 279 (aus A), zu ca. 1230. — Hauthaler/Martin, *SUB III* (1918), S. 397–398 Nr. 858 (aus A), zu ca. 1231.

Reg.: Meiller, *Reg. Salzburg* (1866), S. 178 Nr. 37, mit S. 512–513 Anm. 19, zu vor 1234.

Lit.: Felicetti, *Steiermark II (BKStGQ 10, 1873)*, S. 35, zu um 1220. — Krones, *Verfassung* (1897), S. 212, zu um 1230. — Martin, *Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915)*, S. 608–609 (Anm. 1). — Krause, *Ursprungspfarre (BlHk 27 H. 4, 1953)*, S. 105, zu um 1231. — Mierau, *Vita communis* (1997), S. 428. — Sonnleitner, *Bischöfliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991)*, S. 215, zu ca. 1231.

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 397, „von Heinrich verfaßt und geschrieben“. Zu Magister Heinrich (= E II N) siehe Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9), S. 608–611, Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 129–130 Anm. 58, und Haider, Kapellanat (1977), S. 237–238.

Terminus ante quem ist die Urkunde des Erzbischofs von 1234 Jänner 13, Salzburg (Edd. in Hauthaler/Martin, SUB III, S. 450–451 Nr. 902) bezüglich des Streits zwischen dem Kloster Admont und dem Salzburger Domkapitel wegen der Zugehörigkeit der Pfarre Admont zum Archidiaconat Ennstal, siehe auch Hauthaler/Martin, SUB III, S. 397; vgl. Meiller, Reg. Salzburg, S. 512–513. Die bei Hauthaler/Martin zur Zuordnung des vorliegenden Stückes zu ca. 1231 des Weiteren angeführten Diktatanklänge an der Urkunde Eberhards II. bezüglich der Errichtung eines Kollegiatstifts in Völkermarkt (= Urkunde Nr. SONS 4) sind nur schwach (Anfang der Arenga). Zur Arenga siehe auch Sonnleitner, Bischöfliches Selbstverständnis (AfD 37), S. 215.

Hängesiegel Erzbischof Eberhards fehlt, rote Fäden vorhanden. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

† ‡ In nomine sancte et individue trinitatis. Eberhardus dei gratia Salzeburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, in perpetuum ‡. Cum sicut unire atque dividere episcopatus est in Romani pontificis potestate, ita pertineat ad episcopos locorum inferiorum dignitatum unio atque divisio earundem secundum canonicas sanctiones. Videntes hoc competere iuri nostro, ecclesias parrochiales et capellas, quarum nomina continentur in subditis: in Longov, in valle Anasi et in Paltental constitutas, unimus archidiaconatui Salzeburgensi, in Longov siquidem ecclesiam parrochiam sancte Marie in Pfarre, capellam sancti Michahelis, capellam sancti Martini, capellam sancte Margarete et capellam in Tæmswich, in valle autem Anasi ecclesias Hvse, Grebenicke, Grvsscharen, Ademünde, Iedenikche et Læzenikche, in Paltental vero ecclesiam sancti Laurentii. Ut autem hec nostra unio^{a)} debitam habeat firmitatem, presentem cartam super hoc conscriptam capitulo maioris ecclesie Salzeburgensis concedimus sigilli nostri munimine roboratam.

^{a)} unio auf Rasur A.

SAEB 21

[vor 1234 Februar 13]

Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg tauscht mit Reinbert von Mureck das Gut Schiefeling (n. Wolfsberg) gegen neun Mark Friesacher Pfennige Einkünfte am Aichberg (bei St. Andrä im Lavanttal).

Hss.: Erwähnt in Urkunde Nr. LAVA 2.

Edd.: Die Erwähnung als solche ist ungedruckt.

Reg.: Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 666 D Nr. 146.

SAEB 22 (2, 338)

1236 Februar 26

Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg bestätigt, dass Otto von Königsberg (nw. Rann), der im Haus des Johann Pouzanich einige Zeit krank gelegen hat und ihm deshalb 150 Mark schuldig geworden war, diesem und dessen Erben dafür durch die Hand des Erzbischofs seine salzburgischen Lehensgüter in Schalkendorf und Grobs (beide bei Althofen) verpfändet hat.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 584 (A).

Abb.: http://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgDK/AUR_1236_II_26/charter (samt Hängesiegel).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 441–442 Nr. 338 (aus A). — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 233–234 Nr. 2122 (aus A). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 465–466 Nr. 915 (aus A).

Reg.: Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 266 Nr. 436. — Kos, Gradivo V (1928), S. 307 Nr. 648. — Lang, Salzburger Lehen I (BESGQ 43/NF 11 = Veröff. HLK 30, 1937), S. 263 Nr. 290/2.

Lit.: Mell, Steirische Privaturkunde (1911), S. 72. — Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 669 (Anm. 2), 676 (Anm. 3). — Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 130–131. — Haider, Kapellanat (1977), S. 238 (Anm. 242), 241 (Anm. 277), 243 Anm. 302. — Ravnikar, Posest grofov Vovbrških (ČZN NV 29/1, 1993), S. 22. — Zehetmayer, Landtaidinge (ZHVSt 94, 2003), S. 108–109 (Anm. 163).

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 465, „von unbekanntem Verfasser und Schreiber“. Der Dorsualnotiz ist zu entnehmen, wie diese Urkunde ins erzbischöfliche Archiv gekommen ist: Ista bona redempta sunt per dominum archiepiscopum Salzburgensem Rudolfum. Siehe auch Lang, Salzburger Lehen I (BESGQ 43/NF 11 = Veröff. HLK 30, 1937), S. 263 Nr. 290/2. Eine entsprechende Urkunde über diese Rücklösung ist bei Martin, Regesten I (1928) nicht verzeichnet.

Beschädigtes Hängesiegel Erzbischof Eberhards an, laut Jaksch, MDC IV/1, S. 234, und Hauthaler/Martin, SUB III, S. 466, weißer und purpurner bzw. dunkelroter Seidenschnur. Laut Jaksch, MDC IV/1, S. 234, handelt es sich um „Siegel 2“ des Erzbischofs, laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 466 um „Siegel 1!“. Siehe auch die Ausführungen bei Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9), S. 669, wonach dies das einzige Mal war, dass nach 1233 April 24 noch der Siegelstempel 1 zur Anwendung gekommen ist. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

‡ In nomine domini, amen. ‡ Eberhardus dei gratia archiepiscopus Salzpurgensis, apostolice sedis legatus, om[nib]us^{a)} hoc scriptum inspecturis salutem in domino. Notum sit omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, quod dominus Otto de Chungesperch in domo Iohannis Povzanich infirmitate oppressus ibidem per dies aliquos est detentus, a quo mutuavit expensarum necessaria diversarum, ita quod ad centum et quinquaginta marcas est summa pecunie computata, pro qua feudum situm Schalchendorf et apud Grobz, quod a nobis habet,

dicto Iohanni et suis heredibus obligavit, petens unâ cum Iohanne, ut id per manus nostras stabile teneretur. Unde ne dictum factum possit ab aliquo revocari, nos eorum petitionibus condescendimus^{b)} ordinatum factum sigilli nostri munimine roborantes. Huius rei testes sunt dominus Fridericus canonicus Salzpurgensis, decanus Frisacensis, dominus Waltherus canonicus Frisacensis, dominus Hermannus cappellanus, magister Heinricus de Lovgingen, dominus Gotscalcus notarius, dominus Eberhardus de Sconenstain, Heinricus Raspe, Hærtnidus de Libniz, dominus Engelbertus Pûze, dominus Vlricus de Wæilern, dominus Arnoldus de Nideke, dominus Gotschalcus, dominus Heinricus, dominus Chunradus de Vriddorf, dominus Hermannus Lugli, dominus Gundacherus de Chungesperch, Guntherus iudex Frisacensis, dominus Heinricus filius Walchuni, Hermannus Murro, Engelbertus Mænli et frater suus Gotpoldus, Chunzo filius Smelzarii, Heinricus Speculum, Pernhardus Suzo et alii quam plures.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M° CC° XXX° VI°, V° kal. marcii.

^{a)} Wegen Flecks kaum lesbar A. — ^{b)} sc verbessert aus n A.

SAEB 23

1237 März 8, Friesach

Bruder Otto von (Unter-)Drauburg und sein Sohn Heinrich von Trixen bestätigen, dass Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg die Pfarrkirche Lavamünd auf ihre Bitten hin in ihren Markt (Unter-)Drauburg verlegt und dieselbe in sechs Pfründen für Säkularkleriker geteilt hat, wozu sie dem Metropolitan noch die ihrem Patronatsrecht zustehenden Kapellen Frojach (ö. Murau), (Klein) St. Paul (n. Eberstein) und Keutschach (sw. Klagenfurt), unter Vorbehalt der Vogtei, des Präsentationsrechts und der Pfründen, schenken.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 597 (A).

Abb.: http://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgDK/AUR_1237_III_08/charter (samt Hängesiegel). — Anthony von Siegenfeld, Steirischer Uradel (1893), Tafel 8 (nur Siegel Heinrichs von Trixen).

Edd.: Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 240–241 Nr. 2137 (aus A). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 474–476 Nr. 926 (aus A).

Reg.: Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 267 Nr. 439, mit S. 553 Anm. 168 (Auszug). — Kos, Gradivo V (1928), S. 315–316 Nr. 667.

Lit.: Ljubša, Zemljepisni razvoj (ČZN 19, 1924), S. 63. — Klebel, Pfarren und Kirchen Kärntens A (Car I 115, 1925), S. 29, 30. — Dopsch, Salzburg (1981), S. 331. — Brunner, Frojach-Katsch (2005), S. 298–299. — Kos, Burg (2006), S. 357 (Anm. 421). — Zehetmayer, Urkunde und Adel (2010), S. 123 Anm. 324.

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 475, von derselben Hand wie die Urkunde Hugos von Taufers von 1237 März 2, Villach (Edd. ebd., S. 474 Nr. 925).

Das genannte Frojach war zunächst jenem westlich Rosegg in Kärnten gleichgesetzt worden (vgl. Jaksch, MDC IV/1, S. 240; Hauthaler/Martin, SUB III, S. 474), konnte

jedoch von Brunner, Frojach-Katsch, S. 298–299, eindeutig als jenes im Murtal (auf halbem Wege zwischen Scheifling und Murau) nachgewiesen werden.

1. Schlecht erhaltenes Hängesiegel Ottos von Unterdrauburg an Pergamentstreifen. 2. Schlecht erhaltenes Hängesiegel Heinrichs von Trixen. Siehe monasterium sowie die Abbildung des 2. Siegels bei Anthony von Siegenfeld, Steirischer Uradel, Tafel 8.

Ediert nach A.

Frater Otto dei gratia de Traberch nec non et Heinricus filius eius de Truhsen omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Quia dominus et in Christo pater dilectus Eberhardus venerabilis Salzpurgensis archiepiscopus et apostolice sedis legatus cultum dei ac honorem ecclesie sue auxit suis temporibus et dilatavit, prout aparet non in paucis, inter cetera nostris commonitus precibus et inclinatus et motus visceribus pietatis ecclesiam barrochiale in Lauentmunde in nostrum forum Traberch dyocesiana transtulit auctoritate ita, ut totum ius barrochiale, quoque nomine censeatur, illic simul et plebani residencia requiratur. Deinde cum singulas illius loci circumstantias sua providencia rimaretur et, ut de hiis redditibus, qui quandoque uni non suffecerant, plures persone possent commode sustentari, ut^{a)} et sic divinum ministerium augeretur, cum et devocio plurimum plus obtineat apud deum sua pastoralis providencia vigilans procurarit nec non et eandem ecclesiam in sex diviserit prebendas secularium clericorum, qui et illic resideant et omnipotenti deo nocte ac die debitum impendant iugiter famulatum. Unde nos eius paternitatis pro posse nostro volentes providenciam imitari, ut numerus illic augeatur prebendarum, tres capellas videlicet Vroiach et illam sancti Pauli apud Hornberch et Chevsach, in quibus ius habuimus presentandi, cum toto iure earundem preter ius advocacie, quod tantum nobis reservavimus in eisdem, transtulimus in archiepiscopum memoratum, ut sic stipendiati de proventibus earundem et quibusdam mansis nunc donatis et adhuc donandis totidem prebende statuantur quidquid personis possit secundum mensuram et priorum qualitatem prebendarum commode de hiis sumptibus provideri. Et ne pretextu presentacionis diverse inter sic creatos canonicos generetur disparitas discipline, omne ius, quod habuimus in presentatione illarum prebendarum in eundem archiepiscopum et suos^{b)} successores loco ecclesie Salzpurgensis transtulimus tali modo, ut presentacio omnium prebendarum simul cum domo nostra et omnibus, que vallo cincta sunt, que etiam tribuimus eidem archiepiscopo, pleno iure ad ipsum tantum spectet et suos successores, qui canonice fuerint substituti. Ut autem hec nostra tradicio a quoquam non possit vel debeat infestari, presentem paginam munimine nostrorum sigillorum cum testium subscriptione fecimus insigniri. Testes sunt hii: dominus Heinricus episcopus Sekowensis, Ortolfus prepositus Soliensis, Otto de Khungesperch, Heinricus Raspo, Engelbertus de Strazpurch, Rubertus vicedominus Frisacensis, Thomas plebanus de Sembriach et alii quam plures.

Dat. apud Frisacum, anno ab incarnatione domini M° C° C° XXXVII°, VIII° idus martii.

^{a)} t über u nachgetragen A. — ^{b)} suos wiederholt A.

SAEB 24 (2, 370)

123(9) Februar, Padua

Kaiser Fr(iedrich) [II.] gibt auf Bitte seines fidelis Hartnid von Pettau dessen Tochter Adelheid, Frau des kaiserlichen Ministerialen Ulrich von Montpreis, als Ministerialin an die Salzburger Kirche.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 622 (A).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgDK/AUR_1239_II/charter (samt Hängesiegel).

Edd.: (Hormayr), Urkunden Babenberger (AfGStLK 18, 1827), S. 536 (aus A), zu 1238 Februar. — Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Friderici secundi V/I (1857), S. 277–278 (aus A). — Zahn, StUB II (1879), S. 482 Nr. 370 (aus A). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 495–496 Nr. 943 (aus A).

Reg.: Hormayr, Direktorium (TBVG NF 10, 1839), S. 484, zu 1238 Februar. — Böhmer/Ficker, RI V/1,1 (1881), S. 486 Nr. 2424. — Kos, Gradivo V (1928), S. 344 Nr. 707. — Lang, Salzburger Lehen I (BESTGQ 43/NF 11 = Veröff. HLK 30, 1937), S. 50 Nr. 20/1. — Lang, Salzburger Lehen II (BESTGQ 44/NF 12 = Veröff. HLK 31, 1939), S. 301 Nr. 354/1.

Lit.: Pirchegger, Geschichte der Steiermark I (1920), S. 191. — Pirchegger, Herren von Pettau (ZHVSt 42, 1951), S. 11–12. — Pirchegger, Kaiser Friedrich II. (1960), S. 281. — Dopsch, Ministerialität (ZHVSt 62, 1971), S. 27. — Stöllinger, Eberhard II. (1972), S. 55 (Anm. 252). — Zinsmaier, RI V/4,6 (1983), S. 223 BF. 2424. — Dopsch, Salzburg (1981), S. 398. — Freed, Noble Bondsmen (1995), S. 198. — Zehetmayer, Landtaidinge (ZHVSt 94, 2003), S. 109. — Vidmar, Herren von Pettau (2006), S. 76–77. — Zehetmayer, Urkunde und Adel (2010), S. 89.

Sogenanntes italienisches Pergament.

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 496, „in der kaiserl. Kanzlei verfaßt“.

Die angegebene Indiktion duodecime (sic) stimmt nicht zu 1238, sondern verweist auf das Jahr 1239. Das Stück wird in Übereinstimmung mit dem Itinerar des Kaisers daher traditionell zu 1239 gesetzt. Am 25. Jänner 1239 kam der Kaiser in Padua an und ist dort bis April belegt, siehe Böhmer/Ficker, RI V/1,1 (1881), S. 485 Nr. 2416d – S. 488 Nr. 2429b.

Hauthaler/Martin, SUB III, S. 496, beschreiben das Siegel Kaiser Friedrichs noch an roter Seide hängend, bereits Zahn, StUB II, S. 482, beschreibt es als verletzt. Nunmehr ist das Siegel mit den Fäden ausgerissen und liegt lose bei, siehe monasterium.

Ediert nach A.

Fri(dericus) dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod Hertnidus de Pettouia fidelis noster culmini nostro cum multa instantia supplicavit, quatinus filiam suam Adelheidim^a uxorem Vlrici de Muntparis fidelis nostri, ministerialem nostram, donare Salzpurgensi ecclesie in ministerialem de nostra gratia dignaremur. Nos itaque respectum habentes ad grata et devota servicia, que

dictus H(ertnidus) celsitudini nostre dudum exhibuit et exhibet incessanter, supplicationibus suis benignius inclinati prefatam filiam suam ecclesie Salzpurgensi in ministerialem liberaliter duximus conferendam. Ad huius itaque nostre donationis memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Padue, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense februario, duodecime^{b)} indictionis.

^{a)} Adelheidim mit hellerer Tinte nachgetragen A. — ^{b)} A.

SAEB 25

[1239 März]

[Kaiser Friedrich II.] nimmt Erzbischof [Eberhard II.] von Salzburg und die Bischöfe [Siegfried] von Regensburg und [Rüdiger] von Passau mit ihren Kirchen in seinen und des Reiches Schutz, bestätigt ihnen ihre Rechte und ihren Besitz in Österreich, Steier, Kärnten und Bayern und verspricht, alles baldmöglich unter ihre Herrschaft zurückzubringen, ohne Rücksicht darauf, was ihnen durch Gewalt oder Drohungen genommen wurde.

Hss.: Abschrift 14. Jh. in Wien, ÖNB, Cod. 409, fol. 47r (B).

Edd.: Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Friderici secundi V/2 (1859), S. 1132–1134 (aus B), zu 1241 Mai/Juni.

Reg.: Böhmer/Ficker, RI V/1,1 (1881), S. 486 Nr. 2426. — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 263–264 Nr. 2173 (Auszug).

Lit.: Schirrmacher, Albert von Possemünster (1871), S. 103, zu 1241. — Stöllinger, Eberhard II. (1972), S. 55–56.

Bereits Böhmer/Ficker, RI V/1,1, S. 486 Nr. 2426, führen aus, dass die Nennung von Österreich und der Steiermark an erster Stelle dafür spricht, dass dieses Stück zeitlich in die Auseinandersetzungen zwischen Kaiser Friedrich II. und Herzog Friedrich II. und somit vor die Aussöhnung zwischen den beiden Ende 1239 (siehe hierzu die Anmerkungen zu Urkunde Nr. GARS 16) fällt. Für die Einordnung zu März 1239 spricht die Anwesenheit von Erzbischof Eberhard II. und Bischof Rüdiger von Passau in Padua bei Kaiser Friedrich II. (siehe Meiller, Reg. Salzburg [1866], S. 272 Nr. 470; Dopsch, Salzburg [1981] S. 317–318; Stöllinger, Eberhard II., S. 55–56), wobei „dann freilich [auffallen muss], dass als dritter nicht der bischof (sic) von Freising, sondern der von Regensburg genannt ist.“

Ediert nach B.

Quanto nos dominus exaltavit sublimus, tanto benignius inspiravit in nobis spiritum voluntatis illius que ad zelum fidei christiane nos provocat, ad iusticie rectitudinem dirigendam sollicitat et ad sacrosanctas ecclesias et ecclesiasticas personas in quibus et per quas pro nostre salutis augmento deus ipse placabiliter exoratur, favorabiliter promovendas, invitat et afficit mentem

nostram. Sane inter ceteros Romani imperii fideles principes et nostri precipuos principatus amicos quibus nostre divinitus nobis date potentie fulciuntur, venerabiles et karissimos principes nostro Salzburgensem archiepiscopum, Ratisponensem et Pataviensem episcopos recognoscimus, ipsosque et eorum ecclesias, homines, subditos et fautores, habitos vel habendos, sub Romani imperii et nostra protectione suscipimus, districte et firmiter inhibentes ne quisquam hominum cuiuscumque conditionis aut status existat, ipsos in se et suis possessionibus, hominibus suis, fautoribus vel amicis, ausu temerario molestare presumat, aut ipsorum iura, libertates, munificentias sive gratias, illas maxime quibus predecessores nostri Romani imperii divi principes antecessores eorum et ipsorum ecclesias largitate regia ditaverunt, quasque tenore presentium confirmatione devota innovamus, violare contendat. Ad hec ministerialibus et eorum hominibus propriis sub imperii et nostre gratie specialis obtentu precipimus et mandamus quatinus ipsis tanquam eorum veris dominis reverenter obediant et potenter assistant, nec ad aliorum nisi imperatoris vel regis Romani servitia sine speciali dominorum suorum licentia se coniungere vel transferre se presumant, ne ecclesie hominum suorum obsequiis careant et prelati predicti debito fraudentur honore. Preterea universa et singula iura quocumque vocabulo censeantur que prelati predictis et eorum ecclesiis in terris Austrie, Styrie, Karinthie et Bawarie competunt in hominibus, possessionibus, iuradictionibus, castris, bonis, feodis seu rebus aliis quibuscumque, ipsis et eorum ecclesiis recognoscimus integre et in totum, et presentibus pollicemur quod ad eorum potestatem et imperium seu dominium quanto citius poterimus reducemus, non obstante si ab aliquibus potentibus vi vel metu seu alias a predictis prelati de predictis bonis seu possessionibus aliquid improbe est extortum, que viribus vacua esse volumus et nullius habere roboris firmitatem. Et ut animi nostri motum quo eosdem amplectimur principes, res loquatur et operis evidens manifestet effectus, sententias et processus quos iidem nostri principes adversus eos qui premissa vel aliqua premissorum volaverint, rite protulerint, ratas habemus et gratas, ipsasque nobis deo propicio cum ad hoc fuerimus requisiti penali iudicio efficaciter persequemur.

SAEB 26 (2, 380)

(1240) Juni 25, Griffen

Nos Eberhardus dei gracia Salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, tenore presencium tam presentes scire volumus quam futuros, quod dominus Heinricus pincerna de Habsbach proprietatem castri Lihtenberch cum omnibus attinenciis, hominibus scilicet et possessionibus, cultis et incultis, quesitis et non quesitis, pro quadringentis marcis argenti Wiennensis ponderis et pro redditibus decem marcarum in officio nostro Libenz nobis nostreque ecclesie tradidit ad emendum eidem eciam de bonis infeudatis, quantocius nobis decem marcarum redditus vacare ceperint, conferre feudaliter promittentes ita, quod dictus pincerna ipsorum bonorum noster sit auctor, quod gewer vulgariter appellatur, supradictum castrum de iure cum omnibus attinenciis ab omnibus et singulis impetentibus defendendo. Pro dicta vero summa peccunie usque ad festum apostolorum Petri et Pauli venturum proximo ipsi pincerne pleniter exsolvenda venerabilem fratrem nostrum Sekowensem episcopum obligavimus pro marcis centum ita, quod si fortassis dominum episcopum infra idem tempus decedere contingeret^{a)}, quatenus easdem centum marcas dominus Fridericus de Bettö pincerne solvere teneatur. Item dominum Hertnidum de Bettö pro centum marcis obligavimus eidem, dominum Chunradum de Horneke pro marcis centum et dominum Chunradum quondam magistrum cellarii pro marcis centum similiter obligantes ita, quod si dominum Chunradum de Horneke ab hac luce subtrahi contingeret^{a)}, nos vice sua easdem centum marcas pincerne solvere aput Frisacum, ubi tocius debiti solucio debet fieri, protestamur. Et si forte pincernam infra terminum solucionis dicti debiti non contingeret^{a)} esse superstitem, fratri pincerne assignanda erit tota peccunia supradicta, ut eandem ad usus convertat filie sui fratris, quam pincerna de consensu dilecti amici nostri illustris ducis Austri^{b)} in familiam tradidit ecclesie Salzburgensis ad hoc se similiter obligando, quod, si eadem filia fratris sui decederet, quatenus filium fratris sui ecclesie nostre^{c)} in familiam obtineret. Ut autem sepedictus pincerna omnia et singula prenotata obligatus sit attendere et implere, excommunicationi domini pape atque nostre voluntarie se subiecit ita eciam, quod omnia bona sua similiter subiecta sint ecclesiastico interdicto. Ad hec super huiusmodi contractu nobis illustris ducis Austrie litteras in huius pagine concordiam promisit similiter in evidens huius rei testimonium obtinere. Et ut hec omnia perpetuo gaudeant robore firmitatis, hanc scribi paginam iussimus

nostrique sigilli munimine roborari, hos testes similiter annotantes: Heinricus venerabilis Sekowensis episcopus, B(ernhardus) prepositus Frisacensis, O(tto) de Chunegesperch, F(ridericus) et Her(tnidus) fratres de Bettö, Vl(ricus) de Lihtensteîn, E(berhardus) de Schonensteîn, Ditmarus de Aicheîm, Ch(unradus) de Horneke, Gotfridus Cheltzo et alii quam plures. Acta sunt hec apud Frisacum in hospicio domini episcopi Sekowensis, anno domini M^o CC^o XLIII^o, indictione prima.

^{a)} contigeret statt contingeret A. — ^{b)} Austri statt Austrie A. — ^{c)} ecclesie nostre statt ecclesia nostra A.

SAEB 33 (2, 426)

1243 [spätestens Oktober 7], Graz
Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg belehnt Walker, Bürger von Graz, der zur familia der Salzburger Kirche gehört, und dessen Kinder für seine treuen Dienste mit dem Zehnten zu Gschmaier (sö. Weiz). Walker gibt ohne irgendeine Entschädigung den ihm einst für 100 Mark Wiener Gewichts verpfändeten Zehenthof in Graz zurück.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 670 (A). — Abschrift 1866 (Pangerl) in Graz, StLA, AUR-580c (aus A) (B).

Abb.: http://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgE/AUR_1243.1/charter — <https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1067457> (= B).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 539–540 Nr. 426 (aus A), zu 1243 (ca. September). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 569–570 Nr. 1019 (aus A), zu 1243.

Reg.: Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 286–287 Nr. 539, zu 1243. — Kos, Gradivo V (1928), S. 392 Nr. 825, zu 1243. — Wendrinsky, Grafen von Plaien-Hardegg (BIVLkNÖ NF 13, 1879), S. 423 Nr. 429, zu 1243. — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 306–307 Nr. 2268, zu 1243 (September). — Lang, Salzburger Lehen I (BESStGQ 43/NF 11 = Veröff. HLK 30, 1937), S. 190 Nr. 191b/I, zu 1243.

Lit.: Weis, Pfarre Gradwein (BKStGQ 21, 1886), S. 12. — Krones, Verfassung (1897), S. 194 Anm. 2, 204, 432 (Anm. 1), 455–456. — Widmann, Geschichte Salzburgs I (1907), S. 333 (Anm. 8). — Popelka, Unters. Stadt Graz (ZHVSt 17, 1919), S. 176, 244. — Lang, Lehen Seckau (BESStGQ 42 = NF 10, 1931), S. 78 Anm. 1. — Mitis, Ein angeblicher Bruder (MIÖG 41, 1926), S. 132. — Pirchegger, Herren von Pettau (ZHVSt 42, 1951), S. 32 Anm. 30. — Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 124–125 (Anm. 18). — Sonnleitner, Bischöfliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991), S. 212 (Anm. 267). — Zehetmayer, Landtaidinge (ZHVSt 94, 2003), S. 108 (Anm. 162). — Kos, Burg (2006), S. 357 (Anm. 421). — Vidmar, Herren von Pettau (2006), S. 86.

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 569, „Diktat der Salzburger Kanzlei; von EIIW geschrieben“. Zu Magister Heinrich (= E II W) siehe Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 615–616, Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 131, und Haider, Kapellanat (1977), S. 242–243.

Terminus ante quem ist der Tod des als ersten Zeugen angeführten Bischofs Heinrich I. von Seckau am 7. Oktober 1243, siehe Meiller, Reg. Salzburg, S. 408; Posch, Heinrich I. (1969), S. 29; Kronthaler, Heinrich (2001), S. 717.

Hängesiegel fehlt, Fäden aus, laut StLA, AUR-580c, Hauthaler/Martin, SUB III, S. 540, und dem Eintrag im Archivplan des Staatsarchivs (<https://www.archivinformationssystem.at/detail.aspx?id=183054>), rot-blau-gelber Seide vorhanden. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Eberhardus dei gracia Salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, universis presentem paginam inspecturis salutem in domino. Quoniam habere memoriam singulorum fragilitati humane obviat penitus et resistit, ideo necesse est rerum gestarum eventus, ne in oblivionem decidunt, aliquo amminiculo memorie hominum commendari. Hoc igitur scripto patere volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum Walkerus civis de Grätze, qui est de familia Salzburgensis ecclesie, nobis inpenderit sepius grata servicia et devota, ipsi suisque liberis decimam aput Smêyr iure contulimus feudali, rationi consonum iudicantes a nobis eundem aliquod premium reportare. Ipse tamen nichilominus pro collacione huius feudi decimalem curiam aput Grätze sibi pro centum marcis argenti Wiennensis ponderis obligatam nobis absque omni peccunia resignavit libere ac dimisit. Ne ergo predictus Walkerus suique liberi per nos aut nostros successores feudo supradicto privari possint tempore procedente, ideo pro evidenti testimonio cum subscripcione testium hanc paginam sigilli nostri munimine fecimus consignari. Sunt enim huius rei testes Heînricus venerabilis Sekowensis episcopus, Berenhardus Frisacensis prepositus, Heinricus plebanus de Grâdewin scriba Stirie, comes Chunradus de Hardekke, dominus Hertnidus de Bettö, dominus Otto de Chunesesperch, dominus Ditmarus de Aicheîm, Gotfridus Cheltzo, dominus Chunradus de Hannöwe et fratres sui dominus Waltherus et dominus Wlffingus, dominus Chunradus de Hornekke et filius suus dominus Albertus, dominus Hartungus de Libenz, dominus Engelschalcus de Rôr iunior, dominus Gerhohus quondam marschalcus, Saxo marschalcus, dominus Werenherus magister coquine, et alii quam plures. Dat. aput Grätze, anno domini M^o CC^o XLIII^o, indictione prima.^{a)}

^{a)} Folgt Zeilenfüller A.

SAEB 34 (2, 428)

*1243 Dezember 18, Graz
Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg verleiht dem Arzt Magister Konrad und dessen Frau Adelheid für dessen Dienste einen Zehenthof in Hözendorf samt Zugehör auf Lebenszeit.*

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 681 (A). — Abschrift 1866 (Pangerl) in Graz, StLA, AUR-579a (aus A) (B).

Abb.: http://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgDK/AUR_1243_XII_18/charter (samt Hängesiegel). —

<https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1067451> (= B).

Edd.: Zahn, *StUB II* (1879), S. 541–542 Nr. 428 (aus A). — Hauthaler/Martin, *SUB III* (1918), S. 576–577 Nr. 1025 (aus A).

Reg.: Meiller, *Reg. Salzburg* (1866), S. 288 Nr. 545. — Jaksch, *MDC IV/1* (1906), S. 308–309 Nr. 2274. — Lang, *Salzburger Lehen I* (BESGQ 43/NF 11 = Veröff. HLK 30, 1937), S. 265 Nr. 291.

Lit.: Krones, *Verfassung* (1897), S. 194 Anm. 2. — Widmann, *Geschichte Salzburgs I* (1907), S. 350–351. — Martin, *Urkundenwesen* (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 615 (Anm. 1), 681 Anm. 7. — Rauch, *Erwerbung der Steiermark* (ZRG GA 38, 1917), S. 278 Anm. 1. — Popelka, *Unters. Stadt Graz* (ZHVSt 17, 1919), S. 256. — Tremel, *Zehentwesen* (ZHVSt 33, 1939/40), S. 36. — Pirchegger, *Straßgang II* (BlHk 38 H. 4, 1964), S. 109–110, zu 1245. — Pagitz, *Zwei unbekannte Urkunden* (MGSL 105, 1965), S. 124–125 (Anm. 18). — Haider, *Kapellanat* (1977), S. 237 (Anm. 234), 261 (Anm. 1025). — Dopsch, *Salzburg* (1981), S. 335.

Laut Hauthaler/Martin, *SUB III*, S. 576, „Diktat der Salzburger Kanzlei; von EIIW geschrieben“. Zu Magister Heinrich (= E II W) siehe Martin, *Urkundenwesen* (MIÖG Erg. 9), S. 615–616, Pagitz, *Zwei unbekannte Urkunden* (MGSL 105), S. 131, und Haider, *Kapellanat*, S. 242–243.

Die Angabe der Indiktion (indictione secunda) beruht offensichtlich auf dem bedaischen Berechnungsmodus, siehe auch Martin, *Urkundenwesen* (MIÖG Erg. 9), S. 681 Anm. 7; Rauch, *Erwerbung der Steiermark* (ZRG GA 38), S. 278 Anm. 1.

Entgegen der Identifizierung von Hözendorf mit Hitzendorf bei Graz (siehe Zahn, *StUB II*, S. 541; Krones, *Verfassung*, S. 194 Anm. 2; Hauthaler/Martin, *SUB III*, S. 576; Lang, *Salzburger Lehen I* [BESGQ 43/NF 11 = Veröff. HLK 30], S. 265; Tremel, *Zehentwesen* [ZHVSt 33], S. 36), verweist Pirchegger, *Straßgang II* (BlHk 38 H. 4), S. 109–110 Anm. 12, auf Hautzendorf.

Schlecht erhaltenes Hängesiegel Erzbischof Eberhards (Hauthaler/Martin: Siegel 2) an, laut StLA, AUR-579a rot-gelber, laut Hauthaler/Martin, *SUB III*, S. 577, rot-weißer, Seide. Siehe *monasterium*.

Ediert nach A.

‡ Nos Eberhardus dei gracia Salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, ‡ hoc scripto patere volumus tam presentibus quam futuris, cum nullum bonum sit, nisi in comune^{a)} deductum clarius et pulchrius elucescat, quod nos grata sive devota servicia magistri Chunradi fisici exhibita nobis sepius fideliter ac benigne plenius advertentes sibi sueque uxori Alheidi nomine curiam decimalem Hözendorf cum omni integritate fructuum ex ipsa hactenus perceptorum, sive granum aut porci vel casei fuerint sive quicquid aliud solvere potuerit eadem curia, ad ipsorum solummodo tempora contulimus cum plenitudine potestatis ita, quod eis non existentibus predicta curia ad ecclesiam libere revertatur. Ut igitur prefatus magister Chunradus suaque uxor Alheidis hac nostra speciali gracia gaudeant pro tempore sue vite ita, quod nec per nos aut nostros successores hac in parte valeant aliquatenus defraudari, ipsis pro

evidenti testimonio et cautela hanc dedimus paginam sigilli nostri munimine roboratam. Sunt eciam huius rei testes Heinricus scriba Stirie, Ditricus canonicus Frisacensis, Chunradus de ipso loco sacerdos, Heinricus Vischaher, Gotfridus Cheltzo, Heinricus Wakerzil et frater suus Vlrucus et alii quam plures. Dat. huius apud Grätze, anno domini M^o CC^o XLIII^o, XV^o kal. ian., indictione secunda.

^{a)} comune ohne Kürzungszeichen A.

SAEB 35

1244 [Februar?], (Wiener) Neustadt
Herzog Friedrich [II.] von Österreich und Steier, Herr von Krain, bestätigt, dass Schenk Heinrich von Haßbach seinen Anteil an der Burg Lichtenberg (heute Lichtenwald, bei St. Andrä im Lavanttal) samt allem Zugehör an Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg für 400 Mark Silber Wiener Gewichtes, zehn Mark Einkünfte im Amt Leibnitz und das nächste frei werdende Lehen mit zehn Mark Einkünften in der Mark verkauft hat.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 684 (A).

Abb.: http://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgDK/AUR_1244/charter (samt Hängesiegel).

Edd.: (Hormayr), Urkunden Babenberger (AfGStLK 19, 1828), S. 704 (aus A), zu 1244. — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 309–310 Nr. 2278 (aus A), zu 1244. — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 583–584 Nr. 1035 (aus A), zu 1244. — Fichtenau/Zöllner, BUB II (1955), S. 274–275 Nr. 422 (aus A), zu 1244.

Reg.: Hormayr, Direktorium (TBVG NF 10, 1839), S. 490, zu 1244. — Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 179 Nr. 139, zu 1244 Juli eingereiht. — Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 291 Nr. 562, zu 1244 Juli eingereiht. — Kos, Gradivo V (1928), S. 402 Nr. 847, zu 1244. — Lang, Salzburger Lehen I (BESGQ 43/NF 11 = Veröff. HLK 30, 1937), S. 215 Nr. 226, zu 1244. — Lohrmann/Opll, Regesten (1981), S. 160 Nr. 659, zu 1244 (zwischen Juli und Oktober eingereiht). — Boshof, Reg. Passau II (1999), S. 203 Nr. 1830. — Spechtler, Urkunden-Regesten (1999), S. 449, zu 1244.

Lit.: Widmann, Geschichte Salzburgs I (1907), S. 317. — Fiala, Lehenbekenntnis (MIÖG 52, 1938), S. 441–445. — Jaksch, Geschichte Kärntens I (1928), S. 390. — Posch, Ulrich I. (1969), S. 32. — Stöllinger, Eberhard II. (1972), S. 151. — Härtel, Pittener Gebiet (1977), S. 52 (Anm. 125). — Weltin, Landesherr (JbLkNÖ NF 44/45, 1978/79), S. 165 Anm. 23. — Dopsch, Salzburg (1981), S. 319. — Kühtreiber/Mochty/Weltin, Wehrbauten (1998), S. 103. — Gerhartl, Wiener Neustadt (1993), S. 25–26.

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 583, „Salzburger Diktat; österreichische Hand“. Laut Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 274, vermutlich von derselben Hand geschrieben wie die Urkunde Herzog Friedrichs II. von 1242 Oktober 4, Klosterneuburg (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 253 Nr. 406).

Wie bereits bei Boshof, Reg. Passau II, S. 203 Nr. 1830, ausgeführt, spricht für die Ausstellung der Urkunde im Februar, dass Herzog Friedrich II. und der als Zeuge genannte Bischof Rüdiger von Passau gemeinsam am 9. Februar 1244 in Wien belegt sind (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 276–277 Nr. 424) und diese Zuordnung auch nicht durch das Itinerar Erzbischof Eberhards II. auszuschließen ist (vgl. Meiller, Reg. Salzburg, S. 288–290). Darüber hinaus steht diese Einordnung auch nicht im Widerspruch zum ersten Beleg Ulrichs von Seckau als Elekt am 19. Februar 1244 (zu Piber) (Edd. in Zahn, StUB II [1879], S. 545 Nr. 431, irrig zu Februar 20); danach ist er (erst) wieder am 7. April 1244 in Leibnitz belegt (Edd. in Hauthaler/Martin, SUB III, S. 585–586 Nr. 1037).

Zum Kauf der Burg Lichtenberg durch Erzbischof Eberhard II. siehe auch die Anmerkungen zu Urkunde Nr. SAEB 31.

Als Vorurkunde diente Urkunde Nr. SAEB 32.

Beschädigtes, schlecht erhaltenes Hängesiegel Herzog Friedrichs (Fichtenau/Zöllner: Typus 41) an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.

Ediert nach A. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach der Edition von Urkunde Nr. SAEB 32.

Nos Fridericus dei gratia dux Austrie et Stirie et dominus Carniole hoc scripto patere volumus universis tam presentibus quam futuris, quod * Heinricus pincerna noster de Habespach proprietatem castri Liechtenberch cum omnibus suis attinentiis, hominibus videlicet et possessionibus, cultis et incultis, quesitis et non quesitis, dilecto domino et amico nostro Eberhardo venerabili Salzburgensi archiepiscopo sueque ecclesie pro quadringentis^{a)} marcis argenti Wiennensis ponderis et * redditibus decem marcarum * scilicet de redditibus officii apud Leibentz * tradidit ad emendum, eidem pincerne similiter promittendo decem marcarum redditus * de bonis infeodatis, quantocius in partibus Marchie sibi vacare ceperint, feudi titulo collaturum. Ipse vero pincerna sepedicti domini nostri sueque ecclesie Salzburgensis omnium bonorum et hominum eidem castro attinentium promisit esse auctor, quod gwer vulgariter appellatur, hoc adiciens, quod ab omnibus et singulis inpetitoribus ipsum castrum * cum omnibus pertinentiis Salzburgensi ecclesie de iure tuebitur et deffendet^{b)}. Ceterum si forte pincernam Heinricum, antequam reciperet prenotate pecunie quantitatem, subtrahi * contingeret ab hac luce, fratri pincerne Vlrico assignanda erit tota pecunia supradicta, ut eandem * convertat * ad usus * filie sui fratris, quam pincerna de nostro consensu et bona voluntate in familiam tradidit ecclesie Salzburgensis matrimonialiter copulandam, hoc etiam promittendo, si eadem filia fratris sui ante matrimonialem copulam decederet, quatenus filium Vlrici fratris sui * in familiam * Salzburgensis * ecclesie apud nos debeat obtinere. Et ut * omnia et singula prenotata memoratus pincerna noster teneatur perducere ad effectum, excommunicationi domini pape et domini nostri Salzburgensis archiepiscopi voluntarie se subiecit ita etiam, nisi omnia * attenderet antedicta, quod universa bona sua ubicumque sita fuerint subiecta sint ecclesiastico interdicto. Nos vero at petitionem ipsius pincerne nec non pro evidenti testimonio omnium predictorum hanc paginam sigillo nostro iussimus roborari. Sunt etiam huius rei testes R(udgerus) Patauensis episcopus, Vl(ricus) Secowensis electus, H(einricus) plebanus de Grætz, H(ernidus) de Bettow(e)^{c)}, Vl(ricus) dapifer de Liechtenstein, W(olfgerus)^{d)} de Libentz, C(hunradus)^{e)} de Horneke et alii quam plures. Dat. huius apud Neunstat, anno domini M° CC° XLIIII°, indictione^{f)} secunda.

^{a)} in verbessert aus a A. – ^{b)} A. – ^{c)} Ergänzung nach Fichtenau/Zöllner; Hauthaler/Martin ergänzen Bettowia. – ^{d)} Ergänzung nach Fichtenau/Zöllner; Hauthaler/Martin ergänzen W(lfingus). – ^{e)} Folgt Spatium wegen Siegelbefestigung A. – ^{f)} indicone mit Kürzungsstrich über c A.

SAEB 36

1245 September 20, Wolfsberg

Neun auf den Siegeln Genannte [darunter Dompropst Otto von Salzburg, Graf Wilhelm von Laas-Maltein, Friedrich von Pettau, Dietmar von Weißenegg und Heinrich von Karlsberg] bestätigen, dass Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg von Hermann von Kranichberg und Hadmar von Schönberg 200 Mark Strafgeld erhielt, da diese den Vertrag wegen des Verkaufs der Burg Reisberg (sw. Wolfsberg) und des dazugehörenden Urbarguts nicht eingehalten haben.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 716 (A). — Abschrift 13./14. Jh. in Wien, HHStA, Hs. W 194/6, fol. 77r–v Nr. 119 (B).

Abb.: http://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgDK/AUR_1245_IX_20/charter (samt Hängesiegel). — www.archivinformationssystem.at/detail.aspx?id=4116734 (= B).

Edd.: Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 328–329 Nr. 2317 (aus A). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 623–624 Nr. 1078 (aus A).

Reg.: Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 297 Nr. 596. — Kos, Gradivo V (1928), S. 409 Nr. 867.

Lit.: Widmann, Geschichte Salzburgs I (1907), S. 317. — Handel-Mazzetti, Waltenstein und Eppenberg (JbMusFrCar 67, 1909), S. 82 (Anm. 1). — Dopsch, Grafen von Heunburg (Car I 160, 1970), S. 327. — Dopsch, Auswärtiger Besitz (1983), S. 966. — Zehetmayer, Urkunde und Adel (2010), S. 129 (Anm. 376).

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, „Diktat der Salzburger Kanzlei; von EIIW geschrieben“. Zu Magister Heinrich (= E II W) siehe Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 615–616, Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 131, und Haider, Kapellanat (1977), S. 242–243.

Zu den Auseinandersetzungen um Reisberg siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. SAEB 28.

1. Schlecht erhaltenes Hängesiegel an Pergamentstreifen. 2. Beschädigtes Hängesiegel an Pergamentstreifen. 3. Schlecht erhaltenes Hängesiegel Dompropst Ottos an Pergamentstreifen. 4. Hängesiegel fehlt, Pergamentstreifen vorhanden, Jaksch, MDC, S. 329, und Hauthaler/Martin, SUB III, S. 624, verzeichnen noch das Fragment des Hängesiegels Graf Wilhelms von Laas-Maltein. 5. Hängesiegel fehlt, Pergamentstreifen vorhanden, Jaksch und Hauthaler/Martin verzeichnen noch das Fragment des Hängesiegels Friedrichs von Pettau. 6. Beschädigtes Hängesiegel an Pergamentstreifen. 7. Hängesiegel fehlt, Pergamentstreifen vorhanden, Jaksch und Hauthaler/Martin verzeichnen noch das Fragment des Hängesiegels Heinrichs von Karlsberg. 8. Hängesiegel fehlt, Pergamentstreifen vorhanden. 9. Hängesiegel fehlt, Pergamentstreifen vorhanden. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Nos, quorum sigilla presenti littere sunt appensa, publice protestamur, quod dominus noster Eberhardus venerabilis Salzburgensis archiepiscopus per nostram et aliorum comunem sentenciam obtinuit a domino Hermanno de Chranechperch et domino Hadmaro de Schônenberch marcas ducentas pecunie numerate et hoc pene nomine, quam predicti domini incurrerunt, eô quod pacta quedam super contractu vendicionis castri Risperch et predio eidem castro attinenti minime ipsi domino nostro archiepiscopo servaverunt. Et ad huius rei maiorem evidenciam hii testes presenti pagine sunt similiter adnotati: V̇lricus prepositus de Traberch, dominus Ẇlffingus de Libenz, dominus Chunradus de Hornekke et dominus Albertus filius suus, dominus Gotfridus Cheltzo, dominus Hartungus de Libenz, dominus Levtfridus de Eppensteîn, dominus Chunradus de Stretwic, dominus Otto de Phâphendorf et alii quam plures. Acta sunt hec apud Wolfsperch, anno domini M^o CC^o XLV^o, XII^o kal. octobr., tercië indictionis.

SAEB 37

1245 Oktober 9, Friesach

Hermann von Kranichberg, Hadmar von Schönberg und Schenk Hartnid von Rabenstein verkaufen Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg die Burg Reisberg (sw. Wolfsberg) samt Zugehör, werchperliute und vier personis de genere militari um 500 Mark Silber Friesacher Gewichts, das dazugehörende Urbargut aber und Zehnten am Leidenberg (nw. Wolfsberg) und Kienberg (nw. St. Andrä) sowie zu Lading und Pölling (beide bei Wolfsberg) gegen besondere Ablösung. Sie vereinbaren die Zahlungsfristen und verpflichten sich, von den übrigen Erben des verstorbenen Reinbert von Mureck, besonders Rudolf von Ras (Rosegg), dessen Bruder und Miterben ihrer Mutter [Gertrud, Tochter Reinberts], die Anerkennung dieses Verkaufs zu erwirken.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 717 (A). — Abschrift 13./14. Jh. in Wien, HHStA, Hs. W 194/6 (olim Böhm 359), fol. 75v–76v Nr. 117 (B).

Abb.: http://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgE/AUR_1245_X_09/charter (samt Hängesiegel). — www.archivinformationssystem.at/detail.aspx?id=4116734 (= B).

Edd.: Jaksch, MDC IV/I (1906), S. 329–331 Nr. 2318 (aus A B). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 624–626 Nr. 1079 (aus A B).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865), S. 224 Nr. 1066. — Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 297–298 Nr. 597, mit S. 564 Anm. 211. — Kos, Gradivo V (1928), S. 409–410 Nr. 868. — Lang, Salzburger Lehen II (BESGQ 44/NF 12 = Veröff. HLK 31, 1939), S. 418 Nr. 474.

Lit.: Widmann, Geschichte Salzburgs I (1907), S. 317. — Handel-Mazzetti, Waltenstein und Eppenberg (JbMusFrCar 67, 1909), S. 82 (Anm. 1). — Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 681 Anm. 7. — Jaksch, Geschichte Kärntens I (1928), S. 390. — Hutter, Zehentturm in Baierdorf (ZHVSt 36, 1943), S. 43. — Dopsch, Grafen von Heunburg (Car I 160, 1970), S. 327. — Wießner/Seebach, Burgen und Schlösser (1977),

S. 176–178. — Dopsch, *Auswärtiger Besitz* (1983), S. 966. — Stumberger, *Rabensteiner* (MStBV 18, 1987), S. 7. — Zehetmayer, *Urkunde und Adel* (2010), S. 245 Anm. 673.

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 625, „Diktat der Salzburger Kanzlei; von EIIW geschrieben“. Zu Magister Heinrich (= E II W) siehe Martin, *Urkundenwesen* (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 615–616, Pagitz, *Zwei unbekannte Urkunden* (MGSL 105, 1965), S. 131, und Haider, *Kapellanat* (1977), S. 242–243.

Die Indiktionsangabe (indictione quarta) beruht offensichtlich auf dem bedaischen Berechnungsmodus, siehe auch Martin, *Urkundenwesen* (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 681 Anm. 7.

Zu den Auseinandersetzungen um Reisberg siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. SAEB 28.

1. Schlecht erhaltenes Hängesiegel Hermanns von Kranichberg an Pergamentstreifen. 2. Beschädigtes Hängesiegel Hadmars von Schönberg an Pergamentstreifen. 3. Leicht beschädigtes Hängesiegel Hartnids von Rabenstein an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.

Ediert nach A, (wegen Lücke in A) mit B.

Nos Hermannus de Chranechperch et Hadmarus de Schonenberch ac eciam Hertnidus de Ramensteîn hoc scripto notum facimus universis, quod cum domino nostro Eberhardo Salzburgensi archiepiscopo super castro Risperch contractum vendicionis inivimus ita, quod ipsum castrum cum singulis nemoribus atque silvis, areis et pomeriis attinentibus ipsi castro nec non hominibus, qui werchperliûte vulgariter appellantur, adiunctis eciam quatuor personis de genere militari videlicet domino Wlfringo de sancto Stephano, domino Libhardo cognomine Chetzer et Murrone Hertwico, Wolfkero eciam Murrone de Twingenberch ipsi domino archiepiscopo sueque Salzburgensi ecclesie tradidimus libere ac eciam vendidimus^{a)} pro quingentis marcis argenti ponderis Frisacensis. Ad hec eciam predium attinens ipsi castro, quod vrbor vulgariter dicitur, ipso^{b)} domino archiepiscopo dedimus ad emendum redditus videlicet marce cuiuslibet culte vel desolate pro marcis decem numerate pecunie Frisacensis, redditus vero marce infeudate pro marcis quinque denariorum Frisacensium ei similiter distrahentes. Item decimas in Levdenærperge, Chyênperge, Lædin et Polan, quas ego Hatmarus^{b)} de Schonenberch feudaliter tenui, tamquam predium sive vrbor, ipsi domino archiepiscopo tradidi ad emendum octo videlicet modios^{b)} utriusque grani pro unius marce redditibus computatis. Hac insuper littera protestamur, quod tocius pecunie supradicte argenti et denariorum partem terciam tenemur recipere in instanti, secundam vero partem terciam in festo beati Martini nunc venturo, partem quoque ultimam in festo nativitatis domini proximo veniente. Et si forte secunda solucio scilicet in festo beati Martini ex parte domini archiepiscopi aut sui successoris, si eum non contingerit esse superstitem, vel eciam ex parte Salzburgensis ecclesie nostro nomine non daretur, domino Ditmaro de Griuen et domino Levtfrido de Eppenstein, qui prefatum castrum tempore medio reservabunt, quibus eciam ipsum castrum usque ad proximam sextam feriam nomine Salzburgensis ecclesie promisiimus assig[nar]e^{c)}, tunc centum quinquaginta marcas denariorum Frisacensium de prima tercia pecunie nobis iam solute tenebimur defalcare de ipsa tercia centum quinquaginta marcas similiter retinen[tes, si n]eglecta^{c)} fuerit solucio nobis in festo nativitatis domini facienda. Et

tunc eciam dominus Ditmarus de Griuen et dominus L(evtfridus) de Eppenstein nobis restituent castrum Risperch ita tamen, quod qu[icquid reman]serit^{c)} ultra trecentas marcas, quas recipere tenebimur de parte pecunie iam solute, occasioneolucionum statutis temporibus neglectarum ipsi domino archiepiscopo vel ecclesie Salzburgensi ex i[n]tegro reddere^{c)} teneamur, antequam per dominum Ditmarum de Griuen et dominum L(evtfridum) de Eppensteîn nobis castrum Risperch fuerit restitutum. Preterea confitemur, si usque ad festum nativitatis domini vel ante [quocumque tempore]^{c)} plenaria solucio tocius debiti contingentis super contractu vendicionis castri Risperch aliisque suis attinenciis, sicut superius est expressum, domino Ditmaro de Griuen et domino L(evtfrido) de Eppensteîn fuerit [assignata, idem]^{c)} tantocius castrum Risperch potestati sive dominio Salzburgensis ecclesie assignabunt super hoc ipsi archiepiscopo prestito sacramento. Item dominus Ditmarus de Griuen et dominus L(evtfridus) de Eppensteîn [fide data promiserunt]^{c)} nullam nobis partem pecunie assignare de solucione secunda vel tertia eis danda, nisi prius uxores nostre, filii eciam atque filie cum aliis heredibus domini Raimberti de Mureke b[one memorie d]onacionem^{c)} castri Risperch cum omnibus suis attinenciis prenotatis domino archiepiscopo fecerint aut suo nuncio speciali illud similiter protestantes, quod super impeticione Rudolphi de Ras [suique fratris coheredum^{d)} et]^{c)} matris eorum partis hereditarie castri Risperch eiusque attinenciis domino nostro archiepiscopo fideiussorem dedimus dominum Levtfridum de Eppensteîn tali modo, nisi nos infra annum ipsi Rudolf[o suisque cohered]ibus^{c)} de iure satisfecerimus, ex tunc dominus Levtfridus de Eppensteîn quintam partem Rudolfum de Ras eiusque coheredes contingentem ipsi domino archiepiscopo reddere teneatur, d[um] tamen in Fris]aco^{c)}, Vanstorf, Grätze vel Libenz vel eciam in valle Lauent dominus archiepiscopus super hoc locaverit nobis diem. Ut igitur omnia prenotata robur obtineant firmitatis, [pro evidenti te]stimonio^{c)} et cautela cum subscripcione testium sigilla nostra appendimus huic carte. Sunt eciam huius rei testes Otto prepositus Salzburgensis, V̇lricus prepositus apud Traberch, [W(ilhelmus)]^{c)} comes in Hevnenburch, V̇l(ricus) comes de Sterenberch, dominus Ditmarus de Griuen, dominus Otto de Matrey, dominus Ortolfus de Mœtniz, dominus Gotschalcus de Nydekke, dominus [Levt]fridus^{c)} de Eppensteîn, dominus Albertus Swergebel, dominus Richerus de Paigerdorf, Merchlinus de Percheîm, Heinricus de Stalle, Werenhardus de Sikingen, Heinricus de Dorenberch, Eberhardus de Wenge, Albertus de Scherenperch et alii quam plures. Acta sunt hec in Frisaco, VII^o id. octobr., anno domini M^o CC^o XL^o V^o, indictione quarta.^{c)}

^{a)} Das zweite d verbessert aus m A. – ^{b)} A. – ^{c)} Lücke in A ergänzt aus B. – ^{d)} coheredibus statt coheredum B. – ^{e)} Datierung in der letzten Zeile (ab octobr.) auseinandergezogen, danach Zeilenfüller A.

SAEB 38

1245 Oktober 13, Siegeldorf

Hermann von Kranichberg und Hadmar von Schönberg verzichten als Entschädigung für die Schäden, die sie ihren Nachbarn, besonders dem Kloster St. Paul im Lavanttal, bei den Kämpfen um die Burg Reisberg (sw. Wolfsberg) als Erben des verstorbenen Reinbert von Mureck zugefügt haben, zugunsten des Klosters auf die Vogtei über dessen Güter auf dem

Berg Tschrietes (w. St. Andrä) und zu Agsdorf (nw. St. Paul). Ebenso verzichtet Schenk Hartnid von Rabenstein, der ein Miterbrecht hat, auf seinen Anteil.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 718 (A).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1245_X_13/charter (samt Hängesiegel). — Anthony von Siegenfeld, Steirischer Uradel (1893), Tafel 13 (nur Siegel).

Edd.: Neugart, Historia II (1854), S. 131–132 Nr. 6 (aus A). — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 331–332 Nr. 2319 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865), S. 219–220 Nr. 1056. — Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 129–130 Nr. 66. — Kos, Gradivo V (1928), S. 410 Nr. 869.

Lit.: Handel-Mazzetti, Waltenstein und Eppenberg (JbMusFrCar 67, 1909), S. 82 (Anm. 1). — Kos, Oglejski patriarhi (ČZN 13, 1917), S. 32. — Jaksch, Geschichte Kärntens I (1928), S. 389–390. — Ebner, Herren von Ehrenfels (ZHVSt 44, 1953), S. 70. — Dopsch, Auswärtiger Besitz (1983), S. 966.

Zu den Auseinandersetzungen um Reisberg siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. SAEB 28.

1. Beschädigtes Hängesiegel Hermanns von Kranichberg. 2. Hängesiegel Hadmars von Schönberg. 3. Hängesiegel Hartnids von Rabenstein. Laut Jaksch, MDC IV/1, S. 332, alle an Hanfschnüren. Siehe monasterium sowie Anthony von Siegenfeld, Steirischer Uradel, Tafel 13.

Ediert nach A.

† In nomine domini, amen. Nos Hermannus de Chrancperch et Hadmarus de Schonenberch notum facimus universis presentem litteram inspecturis, quod, dum in primo accessu Richsperc castrum nobis vendicassemus, multis adversariis nos impugnantibus resisteremus, vicinias nostras licet innocentes oportuit nos dampnificare, sed precipue bona mon[asterii sancti Pauli]^{a)} Lauent intolerabilibus iniuriis dampnificavimus. Quod quia ferre non valentes dominus Hart[wicus venerabilis abbas ei]usdem^{a)} loci et fratres sui cottidianis querelis et crebris monitionum instantiis pro restitu[endis tam gravibus dam]pnis^{a)} flexerunt nos tandem, ut metu divini iudicii et timore peccatorum omnibus advo[catiis in prediis pre]dicti^{a)} monasterii scilicet in montes Schrietes, Abbetesdorf et alias in eius bonis heredita[rio iure]^{a)} [. poss]idere^{b)}, pro recompensatione dampnorum penitus renuntiavimus prefato abbati et clauastro eas [pleno iure assignante]s^{a)} nec non et pellicium, quod annuatim nobis dabatur cum duobus calceis et quinque ydriis vini, i[n perpetuum re]laxavimus^{a)}. Insuper dominum Hartnidum de Ramestein pincernam, qui etiam coheres in dictis advocatiis erat, induximus, quod et ipse portioni sue, quam in eisdem habere videbatur, similiter penitus renuntiavit. Preterea promittentes ratum confirmavimus coram multis honestis, qui postea subscribentur, quod, si ab aliquibus aliis heredibus domini Reinberti de Mṽreke bone memorie de hac pertractacione domnus abbas et sui in posterum impetantur, non ipsi sed nos responsare sine illorum gravamine tenemur. Ut autem omnia supradicta in sua permaneant firmitate, hanc litteram sigillis nostris rob[ora]vimus^{a)} procurantes nichilominus eam sigillo prefati domini

Hartnidi pincerne similiter corroborari. Huius re[i test]es^{a)} sunt dominus F[ri]d[ericus]^{a)} prepositus sancti Andree, dominus Ditmarus de Wîzeneke, dominus Hainricus de Traberch, Chûnradius et Werianus de Michelsdorf, Perhtoldus de Tvnö, Wluingus de Risperch, Perngerus de Traberch, Otto de Grêz, Sifridus iunior, Hartmûdus, Perhtoldus Vetelsach, Hainricus Flotrer, Otto de Drozendorf milites, Hainricus Vngenade, Hartwicus Murre et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M° CC° XL^{o c)} V°, in die sancti Cholomanni, apud Sigensdorf.

^{a)} Wegen Stockflecken schlecht lesbar A. – ^{b)} Vor possidere etwa sieben Buchstaben wegen Stockflecken verloren A. – ^{c)} XL° über der Zeile nachgetragen A.

SAEB 39

1246 März 26, Weinburg
Benedicta, Frau des Schenken Hartnid von Rabenstein und Miterbin nach ihrem verstorbenen Vater Reinbert von Mureck, bestätigt für sich und ihre Kinder den Verkauf der Burg Reisberg (sw. Wolfsberg) an Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 725 (A). — Abschrift 13./14. Jh. in Wien, HHStA, Hs. W 194/6, fol. 76v–77r Nr. 118 (B).

Abb.: http://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/SbgE/AUR_1246_III_26/charter (samt Hängesiegel). — www.archivinformationssystem.at/detail.aspx?id=4116734 (= B).

Edd.: Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 338–339 Nr. 2329 (aus A), irrig mit Twimberg. — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 631–632 Nr. 1086 (aus A), irrig mit Twimberg. — Baraga, Gradivo VI/1 (2002), S. 43 Nr. 9 (aus A), irrig mit Twimberg.

Reg.: Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 298 Nr. 600. — Kos, Gradivo V (1928), S. 417 Nr. 882, irrig mit Twimberg. — Lamprecht, Sebach-Winberch (ZHVSt 36, 1943), S. 54–55. — Posch, Riegersburg und Graf Poto (ZHVSt 83, 1992), S. 156.

Lit.: Widmann, Geschichte Salzburgs I (1907), S. 317. — Handel-Mazzetti, Waltenstein und Eppenberg (JbMusFrCar 67, 1909), S. 82 (Anm. 1). — Dopsch, Grafen von Heunburg (Car I 160, 1970), S. 327. — Wießner/Seebach, Burgen und Schlösser (1977), S. 178. — Dopsch, Auswärtiger Besitz (1983), S. 966. — Stumberger, Rabensteiner (MStBV 18, 1987), S. 7.

Zur Identifizierung des Ausstellungsortes als Weinburg in der Steiermark anstelle von Twimberg bei Wolfsberg siehe Lamprecht, Sebach-Winberch (ZHVSt 36), S. 54–55.

Zu den Auseinandersetzungen um Reisberg siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. SAEB 28.

Schlecht erhaltenes Hängesiegel Hartnids von Rabenstein an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ut cupiditas effrenata mater litium materia iurgiorum fomes rixarum stimulus invidie sub iuris regula limitetur, necesse est, ut ea acta, que ipsam cupiditatem sparamus^{a)} aliquando, ut assolet, ad irrita revocare, scriptis et bonorum testimonio successorum noticie relinquamus. Igitur ego Benedicta una ex heredibus pie memorie Rainperti de Mureke uxor Hertnidi^{b)} pincerne de Ramenstaïne patefacio tam presentibus quam futuris, quod partem hereditatis mee in castro Richsperch me ex prefati patris mei obitu contingentem cum suis atpernentiis^{c)} prediis scilicet et feodiis^{d)} cum omnibus hominibus operibus servilibus deputatis et quatuor militaribus, cum nemoribus et pratis cultis et incultis, prout in forma venditionis plenius est expressum, venerabili domino meo Eberhardo Salzburgensis^{d)} archiepiscopo ex stipulatione propria nemine compellente de bona voluntate mariti mei et consensu liberorum meorum vendidi pro certa peccunie quantitate. Et quia hec venditio est sollempniter celebrata et consensus meus et mariti mei nec non et liberorum nostrorum huic contractui interfuit et accessit, ipsi hereditati nostre renunciavimus et iuri, quod in ea habuisse dinoscebamur, simul cum illa renunciamus cum omnibus nostris pueris habitis et habendis. Preterea quia in communes nostros usus precium est conversum, ut ipse et ecclesia sua ipsum castrum cum atpernentiis^{e)} debeat pacifice possidere, hanc cartam sibi dedimus sigilli nostri munimine roboratam in evidens huius venditionis testimonium et cautelam. Huius rei testes sunt Rūbertus plebanus de^{e)} Vogan, Hermannus plebanus sancti Iohannis officialis in Lybenz, dominus Otto de Lonsperch et miles suus V̇lricus, Gotfridus Chelzo, Perngerus, Dietricus, Gotfridus milites de Winberch, Albertus de Lewenrode, Wolflinus de Perchach et Wolflinus Pirzaphe et Gerungus Hirtli et alii quam plures.^{f)}

Dat. apud Winberch, VII kal. april., anno domini millesimo CC^o XLVI^{g)}, indictionis III^{te}.

^{a)} sparamus statt speramus A. – ^{b)} Hertnidei, davon zweites e durch Punkte getilgt A. – ^{c)} atpernentiis statt adpernentiis A. – ^{d)} A. – ^{e)} de verbessert aus pe A. – ^{f)} Zeugenreihe gedrängt, danach einige Zeilen leer A. – ^{g)} Über beiden C je ein hochgestelltes o A.